


1717
1717

[Yellowish label on spine]





1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.



39-
11
DIATRIBA
INAUGURALIS JURIDICA
De
PRIMO ET SECUNDO
DECRETO
DUCE ET PRAESIDE DEO TER
SANCTISSIMO

EX DECRETO ET AUCTORITATE


NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI ET
EXCELLENTISSIMI IURATORUM ORDINIS IN IN-
CLUTA NORICORUM UNIVERSITATE

PRO
SUMMIS IN UTROQUE JURE
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE AC SOLEN-
NITER OBTINENDIS

SOLENNI AC PUBLICÆ ERUDITORUM
DISQUISITIONI EXPOSITA

à
JOHANNE WUTTICH NORIMBERG.

AD DIEM II. APRIL.
ANNO RECUPERATÆ PER CHRISTUM
SALUTIS
cdo lbc LXVII.



ALTDORFFI
Typis Viduæ GEORGI HAGEN, Universitatis Typographi.

DIATRIBA
IN AUGURALIS JURIDICA

PRIMO ET SECUNDO

DECRETO

DUCE ET PRAESIDE DEO TER
SANCTISSIMO

EX DECRETO ET AUCTORITATE

NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI ET

EXCELLENTISSIMI SCOTORUM ORDINIS IN IN-

CLATA NORICORUM UNIVERSITATE

PRO
SUMMIS IN ALTROQUE JURE

HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE AC SOLITE

INTER ORDINANDIS

SOLENNI AC PUBLICA FRAGMENTORUM

DISPOSITIONI EXPOSITA

JOHANNIS WUTTICH NORIMBERG.

MDCCCLXXVII

ANNO DOMINI MDCCCLXXVII

SALUTIS

MDCCCLXXVII

Typis Georgii Haasii, Norimbergae Typographi.





DE PRIMO ET SECUNDO DECRETO

THESIS I.

Iudiciorum sancta aucto-
ritas ut ne fiat elusoria, valdè interest Rei-
publicæ. Eluderetur autem maximè, si vel
Actor vel Reus à Judice vocati copiam sui
malitiosè non facerent. Eorum igitur
contumacia, Germ: **Ungehorsam** omninò est coërcenda.
Definitur à *Vultejo lib. 2. Jurispr. Rom: c. 30.* quòd sit cita-
tioni legitimè executæ non facta paritio, aut eius, quod
fieri debuit, omissio. à *Rosbachio in Process. civ. tit. 30. num. 2.*
inobedientia à legitimè vocato erga judicem non venien-
do commissa. Mihi illam describere placet, quòd sit erga
Judicem & Magistratum commissa inobedientia.

II

Eaq; vel **VERA** vel **PRÆSUMPTA**. *Hæc*, quando
non apparet, utrum malitiosè, an quòd ignoraverit se fuis-
se citatam, aut propter aliud impedimentum legale, pars
fugiens latitat, *Sichard. ad l. sancimus 15. n. 4. C. de judic. Illa*,
si studiò nec per se nec per procuratorem potestatem sui
facit, *l. 2. pr. & verb. seqq. quib. ex caus. in possess. eat. Illic.*
Umm. disp. 6. de process. n. 2. Confer. Damhouder. pr. civ. cap.
78. n. 25. Paul. Christin. Vol. 1. dec. 139. n. 6. & seqq.

A

III. Com-

Committitur variè contumacia *in non veniēdo*
l. 19. ff. de in jus vocand. l. 53. §. 1. de re judic. l. 7. §. 2. quib. ex
caus. in possess. eat. l. 36. de reb. auth. jud. posid. l. 8. C. quomod. &
quand. Judex. c. quoniam 5. §. porrò 1. in med. extra ut lit. non
contest. non respondendo l. 11. §. qui tacuit. 4. ff. de in-
terrogation. in jur. faciend. Rauchb. p. 1. Q. 1. num. 7. NON
restituendo nec exhibendo l. 68. ff. de R. V. l. ult. §.
1. de appellat. non manendo sive contumaciter
sine venia Judicis recedendo. c. prout nobis 4.
pr. extra. de dol. & contum. non cavendo. l. 7. pr. de damn.
infect. Gloss. in d. l. 53. ff. de re judic. Speculat. lib. 2. p. 1. tit. de
contumac. §. sitamen Sichard. ad l. sancimus 15. n. 5. C. de judic.
DN. Struv. Exerc. V. in π. th. 12. Exerc. IX. th. 69. Exerc. XI.
th. 27. DN. Hahn. in π. Wesenb. tit. de damn. infect. n. 6. verb.
SI ACTOR CONTUMACIAM & tit. quib. ex caus. in possess.
eat. n. 5. verb. TUM CONTUMACIA DEBITORIS. DN.
Brunnemann. de process. for. 1. & c. cap. 4. n. 1. 2.

IV.

Uti variè committitur: ita varijs quoq; modis coër-
 cenda venit. Ingeniosè delinquentibus ingeniosis obvian-
 dum est pœnis. Quarum nonnullas dicitur Jus Camerale,
 nonnullas Canonicum, nonnullas Civile.

V.

De Jure Camerali parte fugiente absentiam aëtoris in
 termino citationis incusante (quæ accusatio necessaria est,
 quia

quia nemo regulariter absq; accusatione pro contumace habetur. l. 13. §. & si quidem 2. C. de judic. Authent. qui semel. ibiq; Srichard. n. 3. C. quom. & quand. Judex & c. Coler. de Process. Execut. p. 1. c. 2. n. 22. Zanger. de except. p. 2. c. 8. n. 29. Hartmann. Pistor. Obs. 140. n. 1. Gaiz. 1. Obs. 55. num. 7. Hilliger. in Donell. enucl. lib. 23. c. 10. lit. D.) proclamate factò Uff beschehenes Ruffen & effluxis sex juridicis s. audientijs Gerichts tãge / terminus ad quem citatio emissa circumducitur, adeò si postea Actor comparuerit justas absentiaẽ causas allegaturus, ut ille non reviviscat, sed novã sit opus citatione Cammerger. Ord. part. 3. tit. 12. sub. fin. Mynsing. cent. 5. obs. 87. n. 2. Gaiz. 1. obs. 59. n. 1. sub. fin.

V I.

Quod si actor semel in judicio comparuit libellum exhibens, lite autem nondum contestatã emanfit, tunc penes reum est, post factum proclama, & sex subsequentes juridicas elapsas vel ab instantia absolutionem petere, vel in contumaciam actoris litem negativè contestari, & merita causæ deducendo probare, se ab institutã actione esse absolvendum. C. O. d. p. 3. tit. 42. §. wo aber der Klãger ein oder mehrmals, Gaiz. 1. obs. 59. n. 4.

V I I.

Idem Actor si post litem contestatam fuerit contumax, DNN. Assessores Camerales, Reo petente, possunt in causa principali ad definitivam procedere, & secundum Acta probatãq; vel Reum absolvere, vel pro Actore sententiam ferre, hãc tamen conditione, ut contumax, etsi victor existat, semper expensarum penã post litem decisam mulctetur. C. O. d. p. 3. tit. 42. §. würde aber der Klãger & d. p. 3. tit. 43. §. ult. Reichs Abschied de Anno 1654. §. da auch wegen des

Beflagten 44. in fin. (*ubi pro tit. 32. substituendus est titulus Ord. 42.*) Rosbach. in process. civ. tit. 30. n. 28. Gail. 1. obs. 59. tit. O. 60. Mynsing. C. 4. O. 67. Confer. Rodingz π. Cameral. adauct. lib. 3. tit. 54.

VIII.

Hoc loco, quasi in transitu, differentia est notanda inter Absolutionem ab Instantiâ, & ab Actione. Hæc pinguior est, & omne jus Actoris: Illa tantummodò instantiam perimit, suâ actione Actori reservatâ. Bald. in l. exceptionem, 19. num. 3. C. de Probation. Carpzov. in Process. Jur. tit. 8. art. 1. n. 9. Aliam quoq; differentiam inter absolutionem à citatione & ab instantiâ post Petr. Frider. Mandanum tradit commentarius ad d. l. 3. t. 54. Roding. π. Cameral. adauct. pag. 853.

IX.

Contra Reum contumacem tribus modis ex dispositione Cameræ proceditur 1. ad pœnam banni zu der Acht (quæ, ut obiter addam, patriam quoq; solvit potestatem Johann. Hermann. Stamm lib. 1. de servitute Personalit. c. 4. n. 7. Nobiliss. & Excell. DN. Cregel Præceptor, Hospes & Patronus perpetuò observantia & Honoris cultu colendus, in prælectionibus publicis ad tit. ff. de adoptionib.) 2. ad immissionem in bonorum possessionem juxta naturam institutæ actionis vid. Bernhard. Wurmser. qui utilitatem hujus immissionis enucleat. lib. 1. tit. 7. obs. 3. n. 2. & 4. 3. ad causæ cognitionem & decisionem usq; ad sententiam definitivam. C. O. d. p. 3. tit. 43. Vulteius lib. 2. Jurispr. Rom. c. 30. n. 7. Gail. 1. Obs. 60. n. 6. & de pac. publ. lib. 2. c. 5. n. 1. & 2. Rutger. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 2. c. 13. n. 2. Berlich. p. 1. pract. conclus. 17. num. 36. 38. cum seqq.

X. Quam-

X.

Quamvis hodiè per Recessum Imperij novissimum de Anno 1654. §. würde hierauff nun der Citirte 36. vers. jedoch mit hinfüriger auffhebung ꝛc. prioribus duobus modis ad pœnam banni & immissionem ex primo decreto sublatis, tertius duntaxat, scil. in causa principali procedendi, superfit. Quò casu actor succumbens non condemnatur in expensas, sed Reus contumax *d. O. C. p. 3. tit. 43. §. wo aber der Kläger penult. in fin.*

X I.

Ante tamen trina requiritur citatio, aut una peremptoria, quàm Reus ratione contumaciæ incurrere debet pœnam. *l. contumacia 53. §. contumax 1. ff. de re judic.* Hanc sententiam limitat *Zasius ibid. n. 13.* nisi fuerit contumacia vera expressa, & reus simpliciter dixerit se nolle venire, tunc unam citationem non peremptoriam sufficere. Casus autem, qui plures desiderant citationes, recenset *Bernhard. Wurmser. lib. 1. tit. 6. Pr. Observ. 2. n. 5. Gazl. 1. O. 12. n. 4. §. O. 51. n. 10. Myns. C. 3. O. 86. C. 4. O. 33. n. 5. C. 6. O. 9.* Cæterum ex *d. Recessu Novissimo §. diesem nechst nun 34. vs. so wol dies selbige / als auch besagten ꝛc.* libellus simul citationi est inserendus & ad Reum transmittendus.

X II.

Jus porrò Canonicum veram contumaciam pœnâ etiam excommunicationis afficit *c. ad hac 1. extra ut lit. non contest. c. tue fraternitatis 3. extra eod.*

X III.

Jure autem Civili eadem cœrcetur inter alia *indictione multa l. ex quacunq; 2. §. si quis 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit.* quam hodiè non fiscus solummodò propriè

A 3

dictus,

dictus, sed quilibet Judex jurisdictionem habens sibi vindicat *M. Anton. Peregrin. de Jurib. & privileg. fisc. l. 4. tit. 8. n. 29.*

capturâ personæ l. consentaneum 8. C. d. t. quomod & quand. Judex. ibiq; DN. Brunnemann. Capturâ pignoriū l. si quis 5. § si quis ex his 10. ff. de agnoscend. & alend. liber. missione in bona contumacis ex primo & secundo decreto, l. 3. §. ult. de acquir. vel amitt. possess. l. 12. quib. ex caus. in poss. eat. d. l. 8. C. quomod & quand. Judex. l. 9. C. de bon. auct. jud. possid. c. prout nobis 4. extra de dol. & contum. Wesenb. in w. ff. si quis jus dicenti n. 6. & de damn. infect. n. 6. Vultei. lib. 2. Jurispr. Rom. cap. 30. n. 10. Harprecht. decad. 4. process. Judic. conclus. 6. Emeric. à Rosbach in process. Jur. civ. tit. 31. n. 8. & seqq.

XIV.

Et de hâc nobili materia pluribus impræsentiarum agere stat sententia, sed in limine statim objicientem audio: *Frustraneò labore aggredieris Primū & Secū. dum decretū, aut figmenta aut certè talia argumenta, quæ hodiè in usu forensi nullum obtinent vigorem* propter d. Recessum novissimum de Anno 1654. §. würde hierauff nun 36. x/s. jedoch mit hinfür riger auffhebung etc. Sed facilis est responsio. Non enim ea Decreta esse figmenta satis ex Jure nostro apparet, quia Prætor in bona contumacis primum ire jubet *l. Prætor 2. pr. ff. quib. ex caus. in possess. eat.* deinde si contumax esse perseverat, eius bona possideri & vendi jubet. *l. Fulcinius 7. §. 1. eod. & Ulpianus in l. si finita 15. §. Julianus 16. ff. de damn. infect.*



infect. expressè meminit secundi decreti, quod utiq; præ-
supponit primum *DN. Hahn. ad d.t. de damn. infect. n. 6. verb.*
PRIMUM DECRETUM. DN. Schnobel. disp. 19. ad π. th. 14.
15. ibiq; Excellentissimus DN. Cregel in dictatis, qui ex diverso
utriusq; decreti effectu rectè diversa deducit duo decreta. Quà
de re mox pluribus.

XV.

Jam nunc dispiciendum est de d. novissimo Recessu.
Utut verò modus ad immissionem ex primo & secundo de-
creto procedendi sit ibidem abrogatus, quin tamen in Ju-
dicijs inferioribus passim, teste praxi hodiernâ, frequen-
tetur non est dubium.

XVI.

Et facilè adducor, ut credam cum *DN. Paulo Gams*
Advocato quondam & Procuratore Camerali celeberrimo in
Notis ad d. Recess. §. 36. nec omnem ex prædictis decretis
missionè ibidem esse sublatam propter Recessum Deputation-
zu Speyr de An. 1600. §. in dem Fall aber da contra Tutores, &c.
ubi adversus tutores & curatores contumaces vel ad ban-
num vel ad immissionem proceditur. Ejusque dispositio-
nem firmam adhuc valere, nec per novissimum Recessum
esse immutatam contendit l. c. Gamsius & præjudiciò in
causâ Münnighausen contra das Weinambt zu Hildesheim
de d. 12. Decembr. 1659. confirmat.

XVII.

Illud adhuc præmittendum, licet *Hilliger. ad Donell. 23.*
comm. 13. l. A. & Johann. Jacob Wissenbach part. post. ad π. disp.
15. th. 14. ibiq; Gentilis & Giphanius citati existiment, secun-
dum decretum, quo possidere jubemur, non nisi in causa
damni infecti interponi l. 15. §. 16. & 20. ff. de damn. infect.
quæ

que etiam Glosse videtur opinio ad l. 4. ff. de jurisd. in fin. attra-
men eam communiter à Dd. reprobari teste Marantâ in spec.
part. 6. tit. de contumacia n. 12. & in Foro receptâ cōtrariâ sentē-
tiam DN. Brunnemann. in repetit. 6. Wesenb. de damn. infect.
quest 34. Nec ad rem facit, quòd in alijs causis non fiat men-
tio secundi Decreti: Etenim rem ipsam subesse, negari
non potest, dum primò in bona contumacis ire jubet præ-
tor uti dictum d. l. 2. §. 1. quib. ex caus. in possess. eat. & postea si
in contumacia perseveret, etiam possideri & vendi d. l. 7.
§. 1. eod. Immortalis Ludwel. p. m. in Not. ad tit. de damn.
infect. num. 6.

XVIIII.

Sed propiùs ad materiâ. Sicuti autem in alijs Disciplinis:
ita quoq; in Jurisprudētia rerum potior, & verborū prior
habenda est ratio. l. 1. ff. de J. & Jur. l. 1. §. 1. ff. de suspect. tut. l. 1.
ff. de reb. cred. rerūq; intelligentia à verborū dependet, Eber-
hard. in Top. legal. loc. ab Etymolog. n. 2. Hinc ante omnia
DECRETI Etymologia exponenda, ne vocis ambiguitate
in errorem deducamur.

XIX.

Deducitur vocabulum Decreti à verbo decerno, quod
idem est ac cognitionaliter statuo l. pen. de offic. prætor. Inde
decretum dicitur, quod causâ cognitâ statuitur l. 1. ff. de offic.
assess. l. 9. §. ubi decretum 1. de offic. procons. l. 3. ff. de minor. vel ut
Corasius ad d. l. nec quicquã 9. §. ubi decretū 1. n. 1. de offic. pro-
cons. loquitur, *decernere verbum est gravita-
tis plenum, notans de magnis rebus cer-
tam proferrī sententiam l. item eorum 6. §. 1. quod
cuiusq; univers.* Hinc à decurionum collegio so-
lènter

leniter definita dicuntur decreta l. ambitiosa 4. ff. de decret. ab ord. fac. & t. t. C. de decret. decurion. Itē & ea, quæ à Prætoribus l. decreta 48. ff. de rejudic. à Senatu l. abolitionem 16. C. ad L. Jul. de adult. à summis Pontificibus aut in generalibus concilijs c. si Romanorum 1. dist. 19. c. pen. dist. 20. rectè atq; ordine constituta sunt. Deniq; & illa, quibus Judex aut Magistratus causâ cognitâ suam interponit auctoritatem, licet citra privatæ cause decisionem l. si finita 15. §. Julianus. 16. de damn. infect. ut: in alienatione rerum minoris l. magis 5. §. non passim. 9. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 1. C. de præd. & alijs reb. min. alimentis decernendis. l. 8. pr. & §. si prætor 17. ff. de transact. restitutione in integrum l. omnes 3. l. Divus 7. de restit. in integr. Adde Addition. ad Specul. rubr. de primo & secundo decreto yb. DECRETI. & §. dicitur 1. Item Guid. Papæ de primo & secundo decret. n. 10.

X X.

Latè igitur Vocabulum decreti acceptum comprehendit sententiam definitivam d. l. 48. ff. de rejudic. & interlocutoriam d. l. 1. in fin. de offic. Assess. In strictiori autem significatione differt à Definitiva, quòd

B

quòd hæc negocium definiat absolvendo vel condemnan-
do *l. 1. ff. de re jud.* decretum verò simpliciter interponatur
citra absolutionem aut condemnationem, ut in alienatio-
ne rerum minoris *d. l. magis §. 9. de reb. eor. qui sub tut. l. 1. C.*
de præd. minor. Corasius ad d. l. 9. §. 1. n. 2. de offic. Procons. it. ad l.
omne. 1. n. 5. ff. de offic. Assessor.

X X I.

Et notat *DN. Carpzov. tit. 16. de Process. Jur. art. 1. n. 2. 3. 4. 5.*
decretum ab ipso Judice ejusq; Assessoribus & Commissariis
deputatis; sententiam verò ab aliquo Jctorum Collegio
conceptam prælegi & publicari: Illud vocari ein Abschied
oder Bescheid / hanc ein Urthel / rechtliches Erkenntnis und
Auspruch / atq; huic apponi clausulam von Rechts wegen;
non parùm autem errare Judicem, qui ejusmodi clausulam
decreto subnecteret.

X X I I.

Huc spectat, quando Imperator cognoscens decerne-
re dicitur *§. sed §. 6. Inst. de J. N. G. §. C. l. 1. §. 1. ff. de constit. prin-*
cip. i. e. quando causâ cognitâ & utrâque parte auditâ de re
controversâ pronunciat & decernit. Exemplum est in *l. 3.*
ff. de his quæ in testam. delent. Nobiliss. & Excell. DN. Cregel in
disp. sua de Justit. & Jure th. 116. Add. Carpzov. J. F. R. S. p. 2. C.
7, def. 5. Ab istis decretis differunt Imperatoris Edicta, Pa-
tenten *l. 3. C. de LL.* quando ex proprio motu aliquid jubet,
ut fiat; nec non Rescripta, gnädigste Befehl, quæ sunt respon-
sa Principis emissa ad consultationem partium supplican-
tiû *l. ult. C. de divers. rescript.* Hæc quando ad supplicé libellû
unius partis emanârunt, non transeunt in ré judicatâ, etiâ si
appellatio nõ fuerit interposita *Carpz. J. F. R. S. p. 1. C. 26. def. 18.*
prælaudatus Jctus DN. Ernest. Cregel in præl. publ. ad d. l. 1. ff. de
constit.

*Constit. princip. ubi de ANNOTATIONIBUS, EPISTOLIS, PRAG-
MATICIS SANCTIONIBUS, ORATIONIBUS, MANDATIS, ET IN-
TERLOCUTIONIBUS Principis doctè edisserit.*

XXXIII.

Decretis porrò decurionum, (*v. th. 19. supr.*) quæ ab ordi-
ne Decurionum & Civitatum administratoribus in ulum
Reipubl. fiebant, hodiè Civitatum provincialium respon-
dent statuta. *DN. Hahn. ad t. ff. de decret. ab ord. faciend. in fin.*
*DN. Struv. Exerc. 50. in π. th. 79. German. Willführ / Stadt-
Recht / Weichbild / i. e. Jurisdiction, Gebiet / und Gericht über
einer Stadt und Commun vorgebildetem Land und Gerechtig-
keit. Weich enim priscis Saxonibus jurisdictionis fuit & im-
perium; weil man einem Gebietenden weichen muß; Bild verò
ein vorgebildetes abgerissenes Land und Feld / so weit das Ge-
biet gehet. Excell. DN. Cregel ad tit. de Legibus in pralectionibus
publicis. Auctoritas autem Statutorum tum demum non
vilis est, si non tendant in præjudicium superioris Magi-
stratûs, hujusq; accedat confirmatio *l. ult. C. de LL. Bartol. ad
l. omnes populû 9. ff. de J. & Jure. DN. Richter Antecessor Jenensis
primarius p. 1. dec. 3. n. 3. idq; tutius esse ac consultius, & hodiè
plerumq; fieri, ut Principis superioris confirmatio adhibea-
tur, tutò monent Petr. Heigius part. prior. quæst. 23. n. 31. 32. 33.
cum citatis. Georg. Schulz / in Synops. Instit. de J. N. G. §
C. l. B.**

XXXIV.

Verùm, missis hætenus enodatis Decretorum variis si-
gnificationibus, ad illam progredior, quæ hujus loci est
propria, denotans Judicis & Magistratûs mandatum, quo
jubet bona contumacis possideri, *DN. Hahn. ad d. t. de damn.
infect. n. 6.* Quale duplex est, PRIMUM & SECUNDUM, der Ein-
satz

fab aus erster und ander Erfanen. Alii, uti Hotomannus & Cujacius, tria constituunt decreta; quos refutat prælaudatus sui seculi Papinianus, *Ludwellus in Not. ad d. t. de damn. infect. n. 6. post Ummium disp. ad process. 6. th. 3. n. 13.*

X X V.

Definitur variè *primum decretum*, ut constat ex Speculatore *lib. 2. partic. 1. rubr. de primo & secundo decreto §. dicitur 1. ejusq. Additionibus l. B. à BARTOLO in l. si finita 1. §. Julianus n. 2. de damn. infect. prima aggravatio, ex qua Actori aliquid applicatur, facta per judicem parti conventę propter contumaciã.* Rectius describitur per primum jussum Magistratũ & Prætoris, quò, ob contumaciam rei, actor in bonorum possessionem custodię causã legitimè mittitur, ut ea pignoris loco detineat, donec reus tædiò affectus compareat responsurus. *l. non est mirum 26. de pignor. act. l. cum legatorum 12. quib. ex caus. in possess. eat. l. 3. §. ult. de A. P. l. si bona 5. §. l. in possess. 8. C. de bon. auct. jud. possid. Joh. Petrus de Ferrar. in form. resp. rei §. in termino num. 14. Wesenb. in π. de damn. infect. n. 6. Vultej. l. 2. Jurispr. Rom. c. 30. n. 10.* Hoc decretũ Joan. Imbertus in Enchiridio Juris Gallici v. Zoës. *ad t. ff. de reb. auct. jud. & c. n. 1.* vocat Fiduciariam possessionẽ, quod sub Regia fiducia & manu teneatur: Vulgò Recredientiam appellant, quòd per sententiam Judicis res alicui credantur, id est, committantur.

X X V I.

Ut verò missio in possessionem rei vel debitoris ex hoc decreto decerni possit, requiritur primò citatio per *l. 6. §. 4. C. de*

C. de his qui ad Eccles. Est enim actus, in quo exigitur causæ cognitio; ubicunq; autem actus agitur, in quo exigitur causæ cognitio, requiritur citatio eorum, de quorum præjudicio agitur *l. nã& ita Divus 39. de adopt. l. in causa 13. pr. in fin. ff. de minor. l. 3. §. si causa ff. de bon. poss. l. ult. C. si per vim vel alio modo c. 1. sub fin. de caus. possess. & c. 1. de offic. ordin. Specul. d. l. 2. partic. 1. de secund. decret. §. nunc dicamus, in princ.* Expeditissimi siquidem Juris est, in præjudicium possessoris etiam de facto possidentis Judicem nihil statuere posse, nisi eo prius citatõ, *per l. si deserta 2. C. si propter publ. p̄s. d. l. ult. C. si per vim vel alio modo, c. inter quatuor 8. extra de major. & obed.* Quod adeò verum est, ut *secundũ Bald. in d. l. nã& ita Divus 39. n. 8. ff. de adopt. prædo* etiam notorius non sit privandus suâ possessione, nisi citatus, idq; multis rationibus confirmat *Barbat. in d. c. quoniam §. fin. num. 37. & 38. extra ut lit. non contest.* Nec tamen præcisè requiritur trina citatio, sed sufficit una pro omnibus peremptoria; cujus varias formulas tradit *Sichard. ad l. 2. & l. 8. C. quomod. & quand. Bernhard. Wurmser. lib. 5. tit. 6. observ. 1. & seqq. Emeric. Rosbach. process. tit. 26. Hilliger ad Donell. lib. 23. c. 11. l. S. Jungat. supra th. XI.*

XXVII.

Factâ citatione requiritur in super rei vel debitoris contumacia *tot. tit. de dolo & contum. c. quoniã, extra ut lit. nõ contest.* Eaq; est vel *vera* vel *fiãta* sive *presumptã*, uti supra *th. 2.* anteverti dicere. Hic tantum superaddo, quòd Illam faciat trina vel una peremptoria citatio, & subsecuta vocati malitiosa absentia: Hanc, si de insinuatione citationis nondum constat. Licet non sim nescius *Fictam* à nonnullis contradistingui *Presumptã*; *Dambouder. pr. civ.*



c.78.n.25. ab aliis verò triplicem statui, *Evidentem*,
Veram, *Præsumptam*, Paul. Christin. vol.1. decis.
 139.n.6. & seqq. Zasio in l.contumacia 53. num. 24. ff. de re judic.
 Hoc loco in quæstione: An verè contumax dicendus, qui
 se venturum negat? Affirm. Specul.de contum. §.1.n.2. Bar-
 tol.in l.ult.de in integr.resti.num.11. & vulgò Dd. Negat Um-
 anius disp. 6.ad Process. n. 2. ut maximè enim citatus dicat se
 non venturum, si tamen postea compareat, tantum abest,
 ut pro contumace habendus sit, ut omnia sua jura salva re-
 tineat, textus est in l.7. ff. de in integr.resti. Sciendum etiam,
 ad contumaciam duo requiri copulativè, primò, ut quis
 sciat se citatum: deinde, ut potuerit comparere, sed sine
 causa emanferit. Si alterutrum deest, non fit propriè quis
 contumax. Bald. in l.ex consensu 23. §.eum qui 2. ff. de appell.
Verus ergò contumax est, ad cujus notitiam pervenit ci-
 tatio solenniter facta, ast dolo malo venire noluit; *Fictus*
 contra, in cujus notitiam non pervenit, vel pervenit qui-
 dem, justo tamen impedimento fuit retentus, vel non pu-
 tavit se debere venire, sive errore probabili, sive verò.

X X V I I I

Causæ denique cognitio ad primum decretum
 est necessaria l.18. si serv. vind. Novell. 53. c.4. §.1. Constare
 enim debet judici de debito & contumacia ejus, & quid sit
 petitum, ut sciat, qualiter immissionem faciat. Et hæc co-
 gnitio causæ jure antiquo in actionibus realibus tantum de
 contumacia rei instituebatur, & ubi constabat de eâ, fiebat im-

immissio : In personalibus verò præter cognitionem de contumacia etiã de ipso debito inquirebatur, & decernebatur immissio. *Wesenb. ad d. t. de damn. infect. n. 6. vers. absq; ulla causa cognitione in realibus & c. ibiq; allegati.* Diversitatis rationem suppeditat ibidem *Bachovius in Notis p. 596.* Hodie verò præter contumaciam rei requiritur aliquod examen summarium, tam in actione reali quàm personali, juxta *Nov. 53. cap. 4. §. 1.* qui textus generalis est, nec ratio idonea apparet, cur ad actiones personales duntaxat restringi debeat, ita ut examen omne judicis etiam quale quale ab Actionibus realibus removeatur, contra *l. si quis 2. in fin. ibi: negotium summariam discutens. C. ubi in rem actio & c. Bachov. jamjam cit. loc.*

X X I X.

Consideratis requisitis, videndum nunc est, qui possint ex primo decreto mittere in possessionem bonorum. Et non cuivis Judici hanc datam esse potestatem constat ex *l. 5. C. de bon. auct. jud. possid.* sed ei duntaxat, qui mixtũ imperium habet *l. 3. 4. ff. de Jurisd.* Ad merũ autẽ Imperiũ, ceu vult *Wes. de damn. infect. d. n. 6. vers. causa efficiens*, interpositio primi decreti nihil pertinet. *Bachov. ibi in Notis. p. 595.* Missio enim illa est mixti imperii *l. 4. ff. de jurisd. Rul. 4. de commiss. 8. c. 5. n. 3.* ut non absq; causa dixerit idem *Rul. d. c. 5. n. 4.* eum demum magistratum in possessionem mittere, sub cujus territorio bona sita sunt. Quamvis hoc immutatum esse velit *Glossa ad l. ult. C. qui admitti ad bonor. poss.* ad verbum, TESTATIO.

X X X.

Hinc Interpp. nostri disputant, An Magistratus municipalis possit mittere in possessionem bonorum? Negativa sententiã adsistit *l. 26. pr. & §. 1. ff. ad municipal.* Excipe tamen

tamen casus *in l. 4. §. 3. ff. de damn. infect.* Moribus autem nostris contrarium observatur.

X X X I.

Nec minori difficultate inquirunt: An Judex delegatus possit in possessionem mittere? Negat *Cujacius ad Nov. 53. vers. tertia pars. in fin.* Quod verum est, si cum Jure Civili in *l. 5. l. 13. §. 1. l. 16. C. de judic.* delegatum judicem faciamus pedaneum contra *Bartolum & Dd. communiter ad l. 1 §. de re judic. Marantam p. 4. speculi aurei distinct. st. a Judiciorum, n. 45.* quib. delegatus Judex est, qui alias Mandatarius nominatur. Quos refutatos vide apud *Excell. DN. Cregel ad lib. 3. c. 6. Epit. Jurispr. publ. Braudlachts.* Sed si delegatus accipiatur pro eo, cui jurisdictio mandata est; uti moribus nostris Mandatarius Judex dicitur delegatus, & vice versa; tunc nulla subest causa, cur missionem in bonorum possessionem decernere non possit. Mandatarius quippe sententiam à se latam executioni potest mandare *l. ult. §. 1. de offic. ejus, cui mand. est jurid.* non verò datus, pedaneus & delegatus *l. 55. ff. de re judic. l. ult. C. ubi est apud quem cognitio in integrum.* Facit *d. Nov. 53. c. 4. §. 1. item Auth. est qui jurat C. de bon. auth. jud. poss.* ubi non Judex datus, sed Ordinarius Magistratus in possessionem mittit. Confer *Scip. Gentil. l. 2. de jurisdic. c. 30. §. nunc argumenta, p. 324. Bachov. in præf. tit. de jurisd. rubr. de jurisdic. mandat. n. 6.* Eo ipso tamen non fateor, Judicem datum non habuisse potestatem sententiæ ferendæ. Contrarium siquidem elucescit ex *l. 74. pr. de judic. l. 1. C. si contra jus vel util. publ.* quamvis dissentiat *Menchius de A. J. Q. lib. 1. quest. 37. n. 23. Zasius ad l. 16. §. sententiam n. 5. ff. de re judic. Mynsinger. Cent. 4. Obs. 93. quos tamen parum vel nihil juvat l. 22. in med. C. ad L. Cornel. de fals.*

XXXII.

Locum habet hoc decretum in omnibus causis & actionibus *tam personalibus* i. cum proponas 9. § l. ult. C. de bon. auth. jud. possid. *quam realibus* l. 2. C. ubi in re actio § c. c. 2. & 3. de eo qui mitt. in poss. Gl. in d. §. Julianus num. 40. Specul. de prim. decret. §. restat. num. 20. cum seq. Guido Papa de primo & secundo decreto. num. 16. Utrum in universis etiam bonis primo decreto sit locus, elegantis est quæstionis? Jure Civili veteri quoad Actionem Personalem in universa bona immisionem factam esse, certissimum est. l. 2. in pr. & §. 1. l. 7. §. 16. ff. quib. ex caus. l. 5. l. ult. C. de reb. auth. jud. possid. quoad Actionem verò Realem in rem tantum petitam l. 7. §. 17. 18. quib. ex caus. in possess. eat. Sed Novo jure Duarenus ad tit. quib. ex caus. in poss. c. 2. vers. verum Wes. de dam. infect. n. 6. Gothofr. ad l. 1. quib. ex caus. in poss. eat. T. O. & Dd. communiter eam tantum pro mensurâ declarati debiti quoad Actionem personalem fieri concludunt, propter Nov. 53. c. 4. §. 1. Et hæc opinio jure Canonico disertè comprobata est per c. ult. in fin. extra ut lit. non contest. Pro Jure tamen veteri civili pugnant Cujac. ad d. Nov. 53. Don. 23. comm. 11. Mind. 3. de Process. 15. n. 2. Matthias Stephani ad eand. Nov. 53. num. 8. 9. 10. Verum enim verò à communi opinione tanquam usu receptâ, discedendum non est. Quo sensu rectè Bartolus ad d. l. 15. §. Julianus n. 23. ait: *Fit missio re ipsâ hodiè etiam, sicut olim, item in omnibus casibus & realibus actionibus, ubi in repetita fiebat, & ita hodiè. Sed est immutatum in Personali actione,*

C

unde

unde hodie pro mensurâ debiti declarati.

DN. Hahn. ad t. ut in possess. legator. vel fideicommiss. n. 3.

X X X I I I.

Bona præterea in quæ quis mittitur sunt tam propria & allodialia Rei contumacis, quàm emphyteutica *Bald. in l. si finita §. si de vectig. n. 5 & 6. de damn. infect.* & aliis oppignorata *l. 5. §. 7. ff. ut in possess. legat.* & bonâ fide empta *d. l. §. 9.* Non tamen conceditur missio in bona deposita & commodata *l. 5. §. 10. ff. ut in possess. legat.* An. verò fieri possit missio in possessionem rerum feudalium major est controversia? Arridet affirmativa tanquam communis, quam consuetudo & praxis hodierna approbant, & proinde non moror *Bachovium contradicentem in Notis d. t. de damn. infect. ad verba*
VEL SUB CONDITIONE.

X X X I V.

Ordo & Modus mittendi coïncidit cum eo, qui in executione rei judicatæ servatur, de quo in *l. 15. §. 2. ff. de re judic.* ut fiat in Actione Personali primò in possessionem bonorum mobilium, deinde illis non sufficientibus in possessionem bonorum immobilium, deniq; si neque mobilia neq; immobilia adsint, in rerum incorporalium atq; nominum five jura & actiones pro quantitate debiti. *l. 6. §. 4. C. de his, qui ad Eccles. confug. l. 1. C. de Prator. pign. c. quoniam §. ult. extra ut lite non contest. Specul. §. restat. num. 1. de prim. decret. Bald. d. l. si finita §. si de vectig. num. 11. Georg. Schulz in Synops. Judic. th. 93. Maranta part. 6. tit. de contum. nu. 12. Arnold. de Reyger. disp. 2. Process. jud. th. 27. l. D.* Isq; ordo prius exequendi in mobilibus introductus est favore & debitoris & creditoris: *ibi*, cum rerum mobilium distractio sit minus damnosa, quàm præ-

prædiorum, quæ fructum afferunt, & etiam rerum mobili-
 ſium vilis & abjecta ſit custodia: *hic*, quoniam res mobi-
 les uti minoris pretii & ad uſum quotidianum magis neces-
 ſariæ, faciliùs & citiùs emptorem reperire poſſunt, quàm
 bona immobilia, quorum diſtractio longius temporis ſpa-
 tium exigit. Servandus igitur eſt ſupra poſitus ordo ex hu-
 manitate & benignitate, ut quàm minimò domini incom-
 modò fieri poſſit alteri ſatiſfiat: Hinc eò ordine non ſer-
 vato, dicitur conſtare de dolo. In Reali Actione,
 ſi tota res petatur, in rei totius poſſeſſionem miſſio faciendâ;
 ſi pars, in partem petitam. *d. c. quoniam §. in aliis verò ibi: in
 rei petita poſſeſſionem extra ut lit. non conſeſt. Roſbach. d. t. 31.
 num. 10.*

X X X V.

Decernenda autem eſt præfata miſſio à iudice ejus lo-
 ci ubi domicilium habet & res ſuas poſſidet reus. Sed quid
 dicendum, ſi debitor fugitivus & contumax alio in loco do-
 micilium, alibi res ſuas habeat? *Reſp. cum Gaillio 2. Obſerv.
 130. n. 14.* Iudicem domicilii debitoris eſſe adeundum, ut
 cognoſcat & pronuntiet de immiſſione faciendâ, at execu-
 tionem non fieri per eundem, ſed per iudicem territori-
 ubi res ſunt. *l. 1. ff. de bon. auth. jud. poſſid. l. 12. §. is qui poſſidet. d. t.*

X X X V I.

Finis primi Decreti non poſtremus eſt, quòd miſſio
 ex eodem, cum fiat rei ſervandæ vel cuſtodiendæ cauſâ *l. r.
 ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* veram poſſeſſionem non tribuat
l. 3. §. ſin. de acquir. poſſ. l. 10. §. 1. d. t. l. 3. §. 8. ff. ut i poſſid. immiſſus
 enim in poſſeſſionem ex primo decreto non poſſidet, ſed
 detinet ſive nudus eſt detentor rei immiſſæ, & tantum nudâ



ejus habet custodiam. *arg. l. 3. §. fin. ff. de acquir. possess. l. cum legatorum ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. is cui. 5. ff. ut in poss. legat. nit* besisset er die Güter oder gebraucht derselben zu seinem nutzen / sondern verwahrt und behält dieselbe nur nebenst dem Schuldner als ein getreuer Vorsteher. Et hunc effectum in actione personali omnes admittunt juxta *Specul. de prim. decret. §. 5. n. 6.* Adde *Menoch. retinend. remed. 3. n. 168.* Quoad actionem reale tenent *Specul. d. §. 5. n. 9. Coler. per 3. de Process. c. 12. n. 54. cum seqq. Schwarzenthal. 1. de Process. 2. c. 6. n. 14.* & vulgò *Dd. immissum* verè possidere, daß der Kläger in Actione Reali durch Einsatz erster Erkänen die leibliche besizung der Güter erlange. Idem tamen quod in actione personali, etiam in Reali statuo, & proinde missum ex Reali Actione verum fieri possessorem nego, propter textum *in l. 15. §. 20. 21. ff. de damn. infect. l. 10. §. 1. de A. P. l. 1. 2. l. 3. §. ult. l. 7. §. pen. & ult. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Gl. in c. ult. & ibi Cujac. extra ut lit. non contest. Gædd. ad c. 2. n. 9. & seqq. extr. de sequestr.*

XXXVII.

Effectui missionis ex hoc decreto annumeratur, quòd Jus pignoris constituat *l. 26. ff. de pign. act. l. 3. ut in poss. legat. l. 2. C. qui pot. in pign.* Quale verò sit pignus, num conventionale, an judiciale, an Prætorium non convenit inter *Dd.* Posterius placet.

XXXVIII.

Perceptio fructuum quomodo intelligatur, & quatenus missus ex hoc decreto eos acquirat, ambigitur? Eum in actione personali, cum non possessor, sed tantum custos rerum habeatur, fructus non lucrari, sed cum debito compensare, comūnis *Dd.* est sententia, eaq; vera *l. si finita 15.*

§. non-

§. nondum autem 21. ff. de damn. infect. d. l. is cui ff. ut in poss. legat. nisi reus sit nimum contumax, eò enim casu fructus percipere & nonnunquam lucrari potest missus, quod fit, quando Judex interpositione hujus primi decreti expressè illud vult, atq; de lucrâdis fructib, disponit Joh. Petr. de Ferr. in pract. in form. respons. rez d. §. in termino r. n. 18. d. l. Fulcinius § d. l. si finita §. nondum autem de damn. inf.

X X X I X.

In actione verò reali missus in possessionem ex primo decreto intra annum fructus perceptos non facit suos, nisi per Judicè hoc dicatur, vel nisi esset interpositum primû decretû post litem contestatâ *secund. Salicet in d. auth. § qui C. de bon. auct. jud.* Sed demum post annum: *c. 1. de eo qui mitt. in poss. Bartol. post Gl. in d. §. Julian, n. 51. § Zaf. d. §. Julianus n. 24. Dd. in d. l. Fulcinius 7. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* Quòd si culturam debitor negligat, creditor potest agros colere, fructus percipere, & vel custodire vel vendere, preciò servatò & deductò quod impendit *argum. l. 1. 2. C. de pign. act.*

X L.

Notanter dico *intra annum.* Etenim debitor post immisionem si intra annum spacium venit & contumaciam purgat, cautionem judicio sisti præstando, & expensas Actori refundendo, rem potest recuperare. *l. si quis §. penult. C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. 2. in fin. ubi gl. C. ubi in rem actio d. c. quoniã frequenter §. si reus cum seq. in aliis verò vers. qui si venerit, extra ut lit. non contest. c. pastoralis de offic. ord. c. 1. de eo qui mitt. in poss. Specul. d. §. jam de effectu n. 9. Marant. d. part. 6. de contum. nu. 12. Panorm. in c. quoniam §. ult. nu. 33. ut lit. non contest. Specul. d. l. Bocer. class. 5. disp. 13. th 61.* Wann der un-

C 3

gehörz

gehorsame in Jahres Frist/sich einstellt/und caution thut de ju-
dicio silti, und die verursachte Gerichtskosten refundiret/ dann
mager die Besizung der Güter wieder erlangen,

X L I.

Quid? si missione Reus non moveretur, nec immissum
vult admittere? Nimiam illius contumaciam tunc Prætor
coërcet *interdictô ne vis fiat ei, qui in posses-
sionem missus est*, quô creditor consequitur, quanti
ea res est, ob quam missio decreta fuit. Et summâ provi-
dentiâ tale interdictum Prætor proposuit. Frustra enim,
ut verba legis l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat ei. sonant, in possessionem mit-
teret rei servandæ causâ, nisi missos tueretur & prohibentes
venire in possessionem coërceret. Triplex autem ex Edi-
cto isto exurgit auxilium: Primum est ipsum edictum
prohibitorium, per quod prohibetur ne vis fiat ei, qui in pos-
sionem missus est *l. 1. in pr. §. hac verba 5. ff. eod.* Secun-
dum est Judicis officiû, cujus potestate creditor induci debet
in possessionem, vel per officialem seu per manum milita-
rem. *l. 3. in pr. ff. eod.* Et hæc duo dantur ei, qui missus est,
nondum tamen in possessionem venit, sive prohibitus sit
suo nomine sive alieno. *l. 2. ff. eod.* Tertium est actio in fa-
ctum, & datur misso in possessionem si expellatur ad id
quod interest, seu quanti ea res est, ob quam mittitur quis
in possessionem *l. 4. §. 2. l. 7. in pr. de damn. infect. l. 1. pr. §. hac
verba ne vis fiat. ff. §. c.* Quæ cessat, si ob falsum creditum, vel
quod exceptione potest submoveri *d. l. 1. §. 5. vel si meum
sim consecutus, obligatio est sublata. l. 51. §. 1. ff. de re
judic.*

XLII.

X L I I.

Cum igitur per primum decretum nec possessio vera nec dominium transferatur, Reo justo tempore adhuc venienti restitutio fit, ita tamen, ut secundum prædeducta reus teneatur refarcire omne damnum *l. 18. ff. si serv. vind. & expensas, prætereaq; cavere, Nov. 53. c. 4. c. quoniam 5. §. ult. extra ut lit. non contest. l. pen. §. pen. C. de præscript. 30, vel 40. annor.* Qualis autem requiratur cautio non satis constat. *Jason in l. 4. in pr. de jurisd.* tam pignoribus, quam fidejussoribus caveri posse docet, propterea quòd cautionis verbum à Prætoze prolatum regulariter de pignoribus & fidejussoribus intelligatur *l. 1. §. caveri de collat. bon. l. 1. l. 7. de prat. stipul.* Verùm cautione fidejussoriâ opus esse, textus est expressus *in d. Nov. 53. c. 4. §. 1. in fin.* Et hanc cautionem etiam à possessore rerum immobilium, imò à Clericis, (licet aliàs non facile satisfactionibus onerentur) breviter ab omnibus exigendam esse, *Alex. cons. 205. n. 4. lib. 2. Specul. d. n. 22. Marant. de contum. n. 22. Donell. 23. comm. 11. in fin. aliiq; affirmant.* Quod si quis fidejussores aut pignora invenire non possit, ipsum ad juratoriam cautionem admittendum esse puto *per cap. prout x. de dolo & contum. Gl. in c. 1. verbo parati, extra de eo, qui mitt. in poss. Wurms. l. 1. tit. 7. observ. 7. n. 1.*

X L I I I.

Tempus quod attinet, intra quod venire & restitutionem possessionis contumax petere debet, in actione reali annus est. *c. fin. extra ut lit. non contest.* In Personali verò actione contumacia ad annum non est alligata, sed Actor si intervallum aliquod post interpositionem primi decreti intercesserit, petere potest pro arbitrio Judicis secundum decretum, adeoq; venire ante tenetur reus, quàm secundum

dum decretum interpositum fuerit. *d.l. si finita §. 24. ff. de dam. infect.* & *d.l. si quis §. pen. C. de prescript. 30. vel 40. annor.* Jure ergò Civili tempus petendi restitutionem possessionis in personalibus actionibus est arbitrarium. *Nov. 53. c. 4. §. 1. l. 5. l. 15. §. 21. & ibi Zas. & ad d. §. Julianus 16. num. 14. num. 3. Gothofr. de damn. infect. Covar. 3. resol. 18. in fin. & Dd. communiter.* Non enim id expressum est, ut meritò judicis arbitrio relinquatur *arg. l. 1. ff. de jur. del.* An etiam Jure Canonico sit arbitrarium, quæritur? Ita quidè post *Alciatum in c. 1. n. 34. extra de jud. putat Menoch. de A. J. Q. l. 2. cõt. 1. cas. 6. n. ult.* Verùm negativa sententia verior est, & illo jure annù expectandum esse probatur *ex c. ult. extra ut lit. non contest.* tam in actione reali quàm personali; quod enim de actione reali manifestè prodidit *Innoc. III. in c. ult. extra ut lit. non contest.* idem de actione personali colligere licet *ex d. c. ult. §. si autem in fin.*

X L I V.

Pro notabili hîc cum BARTOLO habendum, quòd jus ire in possessionem ex primo decreto, si non fuerit ingressus intra biennium, tunc jus primi decreti perdat, & opus habeat instituere novum processum *in l. prator. 9. §. in eum 6. ff. de bon. auth. jud. possid.*

X L V.

Hactenus de reo sive debitore, ad quid teneatur, nunc de Actore sive creditore, quomodo se gerere debeat brevibus videndum. Creditor autem, qui restituit, si res *dolò ipsius l. 9. pr. & §. fin. ff. de reb. auth. jud. possid.* vel *latâ culpâ arg. l. 226. ff. de V. S. l. 7. §. 1. ff. de suspect. tut. l. 15. §. 15. ff. ut in poss. leg. arg. d. l. 9. §. fin.* deterioratæ sint, ex dolo actio-

actione in factum tenetur per *dd.txx.* Non verò de levi, u-
ti curator bonis datus. *d.l.9. §.5. ff. de reb. auth. jud. possid.*

X L V I.

Formula petendæ missionis ex primo decreto ponitur
à *Matth. Colero de process. Execut. p.3.c.8. n.35.* ipsius autem im-
missionis à Magistratu publicandæ traditur in latinâ à *Spe-
cul. in tit. de primo decreto §. sequitur. n.4.* in vernaculâ linguâ
à *Joh. Emeric. à Rosbach. pr. civ. tit. 31. in fin.* Wir N. die Rich-
ter und Schöpffen des Gerichts zu N. thun hiermit öffentlich
kündt/das wir auff N. als Klägers anruffen / N. als Be-
klagten / erstes / ander und drittenmahl auff N. Tag / vor uns
in Recht zuerscheinen peremptoriè citirt und geladen. Er
ist aber durch sich selbst / noch durch seinen Anwald / zc. Voll-
mächtigen nicht erschienen / und hat demnach gedachter Kläger
sich sein des Beklagten ungehorsam beschwert / und wir auff sein
Kläger ferner anruffen / ihn Beklagten für ungehorsam erkant/
und darauff das Libell von ihme Klägern angenommen / dieses
Inhalts: Vor euch zc. und als nun der gemeldte Beklagte über
und wieder unser weiter Gerichtliche fürheischung in seinem Un-
gehorsam verharret / hat der gehorsam Kläger ferner begehrt /
ihn zu den beklagten Gütern an und einzusetzen / darauff wir ih-
me zuvor den Eyd für gefährde auffgeladen / den er also geschwo-
ren / nemlich / das alles / so in seiner Klage begriffen / wahr sey /
das er auch gänzlich glaube / solch begehren mit guten Gewissen
zuthun. Demnach so erkennen wir hiemit / durch dieses beyur-
theil / das ihme Kläger von obgemeldtes Beklagten ungehorsam
wegen die possession und Besizung N. Guts zc. eingean-
wort / also / das er dasselb Gut verwahren und behalten / darbey
auch / wie sich gebührt / gehandhabt werden. Und solle der
vorgenandte Ungehorsam Beklagte / darzu die Gerichtskosten
D und

und Expens, nach rechtmässiger Taxirung / die wir uns fünff-
tig vorbehalten / auch ablegen und erstatten zc. Des zu Uhrs-
kundi / zc.

X L V I I.

Ex quâ formula veritas eorum elucescit, quæ *supra th.*
41. fuerunt proposita, quòd creditor sive actor rem suam
hoc est sibi debitam servet, & consequi possit, *l. si quis missus 3.*
pr. ff. ne vis fiat ei, qui in poss. neque vis debeat inferri
ei, qui in possessione ex hoc decreto missus est, *l. 10. §. fin. C. de*
bon. auth. jud. possid. tot. tit. x. de eo. qui mitt. in poss. caus. rei serv.
& ut tædiô affectus reus veniat ad respondendum. *l. is cui. ff.*
ut in poss. legat. Wesenbec. in π α ε ρ π τ. quib. ex caus. in poss. eat. n. 8.
Hillig. in Donell. enucl. l. 23. cap. 11. lit. T. Gædd. de sequestr. poss.
num. 75.

X L V I I I.

Satis de primo decreto, cui instar corollarii addo, (1)
quòd missio ex isto non tantùm profit missis, sed etiam iis,
qui missi non sunt, si modò prætendant causam debiti. *l.*
cum unus 12 ff. de reb. auth. jud. possid. Cujus ratio ibi subjun-
gitur, quòd missio ista non tam fiat personæ, quam credi-
toribus & in rem, ut & aliis, qui ad rem agunt, profit quo-
rundam missio. *Brunnemann. ad l. ult. pr. C. de bon. auth. jud.*
possid. Zoës. ad t. ff. de reb. auth. jud. possid. num. 8. quo jure tamen
hodiè vix utimur, si missio non in omnia bona, sed tantùm
pro quantitate debiti facièda est, *v. sup. th. 33. Ludw. in Not. ad*
π. Wesenb. de dam. infect. (2) Si metus sit, ne in communi-
one Actor & contumax Reus perveniant ad arma, quòd judex,
quis horum solus detinere debeat, constituere queat, *Specul.*
de prim. decret. §. jam de effect. n. 6. vel possessionem sequestra-
re. *cap. 1. ubi Panorm. num. 8. de sequestr. cap. 2. num. 12. & 13.*
de

de dol. & contum. Specul. de secund. decret. §. jam de effect. vers. sed
utrum.

X L I X.

Succedit missio ex secundo decreto, quæ non absurdè
translatio possessionis appellatur per l. 15. §. 21. ff. de damn. in-
fect. l. 7. §. 1. ff. quib. ex caus. In Judicio Rothwileni Erlangtes
Recht / Thesaur. Resold. pract. adauct. verb. anleitung p. 41. §.
verb. Schirmbrieff p. 870. actoriq; majorem potestatem tri-
buit. Describitur *Alter Prætoris aut Magi-
stratus jussus*, quo ob perseverantem con-
tumaciam absentis debitoris, eum qui ad
rem detinendam in possessionem missus
erat, causâ cognitâ, verum possessorem
aut etiam dominum esse jubet l. 5. l. 7. §. 1. l. 15. §.
21. ff. de damn. infect. l. 3. §. fin. de acquir. poss. c. 1. x. de eo qui mitt.
Vel secundum Joh. Emer. Rosbach. d. tr. tit. 32. num. 1. est
alterum Magistratûs jussum, quo credito-
rem seu actorem, qui rei custodiæ causâ in
possessionem missus fuerat, ob perseveran-
tem contumaciam verum possessorem de-
cernit, aut dominum esse jubet per d. l. 5. 7. ff. de
damn. infect.

D 2

L. Ut

Ut autem rectè procedatur in hoc decreto, tria requiruntur, I. ut actor ex secundo decreto verum se possessorem aut dominum declarari & constitui, & reum ad hoc iterum de novo citari petat. II. ut reus perseveret in contumacia per l. 7. §. fin. quib. ex caus. in poss. eat. Spec. tit. de prim. decret. §. restat num. 14. & de secund. decret. §. juxta 19. Pro perseverantiâ autem contumaciæ habetur, si Judex ad petitionem & instantiam actoris, contumacem reum iterum tribus vicibus vel peremptoriè pro tribus citat, & is adhuc in contumacia perseverat, latitando & se occultando vel non comparendo, l. Fulcinius 7. §. quid sit latitare 4. ex quib. caus. in poss. eat. Zasius in d. §. Julianus n. 1. 2. vel comparet quidem, sed se ad iudicium cum debita cautione & refusione sumptuum non offert. l. si quis 8. §. pen. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Auth. ei qui jurat C. de bon. audt. jud. possid. c. pastoralis de offic. ordin. cap. contingit. 9. de dol. & contum. tot. tit. x. de eo qui mitt. in poss. caus. III. Ut Judex de causa cognoscat. Omnino enim immissionem ex secundo decreto causæ cognitio præcedat necesse est. l. cum proponas 9. C. de reb. auth. jud. possid. num. Reus Reipublicæ, aut alia quâdam necessariâ, honestâ & justâ ex causa absit; num. debitum vel res petita satis probata sit: non enim interponi debet, nisi plenè constet de debito per testes vel instrumenta secund. Bartol. in d. l. cum proponas & l. 10. §. si autem C. de bon. auth. jud. possid. Item num. reus in ea sit ætate, cui subveniri soleat. Breviter: non est boni iudicis properare ad secundum decretum, aliàs competet restitutio in integrum. l. si finita 15. §. si fortè §. postea quàm l. 19. ff. de damn. infect. Bartol. in d. l. Julianus num. 36. Rosbach. d. pr. civ. tit. 32. n. 6. & 9.

Ll. Dixi

Dixi thesi præcedente non interponendum esse secundū decretū, nisi adversus eum, qui latitat. *d.l. Fulcinius 7. §. quid sit latitare ff. quib. ex caus. in poss. eat. & l. satisque 19. & ibi Gloss. ff. de injus vocando Felin. in c. consultationibus 10. n. 4. x. de offic. Judic. deleg.* Latitare autē is dicitur, qui uspiā se fraudationis causā occultat, ut actorem evitet, vel qui subterfugiens id efficit, ne secum agi possit, ubicunq; tandem sit, sive in urbe sive alibi. *l. 36. de reb. auth. jud. possid. d. l. 7. §. 5. §. 13. quib. ex caus.* Et licet secundum Innocent: *in c. cum dilecti 6. sub fin. de dol. & contum.* possit dici latitare, qui nō obedit vocationi Judicis, tamen id non procedit, nisi constet de vera contumacia *Joan. ab Imolā in d. l. si finita n. 36. ff. de damn. infect. & Alex. de Imol. in d. §. Julianus num 57. & 58.*

Circa hoc hæsitatur, an æquè in actionibus quæ Personalibus, quæ Realibus locum inveniat, atq; decretum primum? In Personalibus secundum decretum necessario requiri fit manifestum *ex l. 3. §. fin. ff. de acquir. possess. l. 7. §. 1. ff. ex quib. caus.* Num verò in actionibus realibus idem statuendum, major est controversia? Respondent communiter Dd. in actionibus realibus secundò decretò opus non esse, sed per solum anni lapsum in his possessionem ejusq; commoda in petitorum transferri, relicta tantum reo quaestione proprietatis. *cap. 1. x. de eo qui mitt. in possess. Accurs. in l. si finita 15. §. si plures 5. ff. de damn. infect. Spec. de sec. decret. §. videndum 4. num 21. & seqq. Wesenbec. ad tit. de damn. infect. Marant. part. 6. tit. de contumac. n. 2. Georg. Schulz / d. Synops. Judic. th. 95. Rosbach. d. t. 32. n. 2. 3. ibiq; complures.* Rationem diverfitatis assignant, quòd agens personali actione petat sibi

aliquid dari aut fieri, non etiam suum restitui, §. 1. *Inst. de a-*
ctio. §. sicutaq; 14. *J. eod.* ut reo non dante aut faciente sit
opus factò Judicis, quo actor mittatur in possessionem re-
rum, eamq; veram cum suis commodis consequatur: In
reali verò actor intendat se dominum esse & rem petitam
non tam debitam quàm suam esse, nec dari sibi, sed posses-
sionem ejus restitui; Nec secundum decretum prætoris
prosit ei, qui propter annum elapsum est in possessione, &
præsumtionē pro se habet. Frustra quoq; actor ex hoc de-
creto dominiū, quod jure suo habet & vindicat, postquā ex
primo decreto possessor factus est, sibi adjudicari peteret, fru-
stra item postularet, sibi potestatem distrahendæ rei secun-
dò decretò fieri. Nam si dominus est, ut præ se fert, hanc
potestatem jure suo habet, *l. in re mandatà 21. C.*
mand. t. t. J. quib. alien. Verùm licet hæc praxis obser-
vet, prout testatur Excell. DN. Hahn. in tit. de damn. infect.
da der Beklagte in der nächsten Jahres-Frist / den Rechten nicht
gehorsamet / auch Klägern den erlittenen Schaden nicht erstat-
tet / so wird er der Kläger nach ablauff solches Jahres für einen
wahren rechtmässigen Besitzer und Inhaber geachtet / wann
er schon kein ferner Erkänntnis oder Decret ausbringet / er wolle
den solches zum überflus Begehren. Und da reus bereits nach
Jahres-Frist wieder komt / mag er nicht klagen / sondern es
wird sein anspruch allein auff das Eigenthum zugelassen /
d. c. quoniam § c. contingit de dol. & contum. Jure tamen no-
strò civili aliter obtinere persuasum habeo, cum secundum
decretum in actione reali admittatur *ut patet ex l. 7. §. 15. 16.*
& 19. quib. ex caus. in poss. eat. ubi J. C. docet in actione rea-
li missionem fieri in possessionem bonorum ex secundo de-
creto, quod satis inde apparet, dum ibidem de illa missio-
ne loquitur, ex qua ad venditionem & distractionem bono-
rum,

rum, quam effectum secundi decreti esse constat, perveniri potest. *Consentit Paul. Christin. vol. 4. dec. 124. n. 5.* dum benignius tutiusq; esse affirmat, non per solum anni lapsum possessionem ipso jure transferri, sed per judicis decretum ac adjudicationem. *Jungatur Bachov. in Not. ad π. Wesenbitit. de damn. infect. verb. NON ETIAM REALES.*

L I I I.

Effectum hujus decreti quod attinet, major est is, quam qui est ex primo decreto, nam per istum vera possessio acquiritur. *l. 15. §. Julian, ff. de dam. infect. l. 7. §. 1. ff. qb. ex caus. in poss. eat.* quandoq; dominium. *dd. ll. 1. 7. §. 9 ff. commun. divid. l. 15. §. 3. ff. de re jud.* si videlicet dominium fuit penes debitorem *l. 1. de fund. dotal.* & semper usucapiendi conditio, *l. 15. §. 4. ff. de re judic. arg. t. t. ff. de publ. in rem act. & Inst. de action. §. 4.* uti per alium titulum domini translativum *tot. tit. de publ. in rem act. §. sed ista 3. Inst. de act. Giphanius ad l. 10. n. 19. & seqq. ff. de acquir. vel amitt. possess. Wesenb. ad tit. de damn. infect. sub fin.* qui hodie obtinere contendit, ut secundum decretum etiam dominum faciat, quia Jure Veteri Prætor non facere possessorem dominum potuit. *l. qui usufructum 3. si usufr. petet. ut nec hæredem §. 1. Inst. de bonor. poss.* sed reum in bonis esse jussit, ut velut Dominus jure Prætorio fructus lucraretur; & quia justa erat possessio etiam legitimò tempore usucaperet, atq; ita Jure Civili effici dominus posset. *Ulpian. in d. l. si finita. 15. §. Julianus de dam. infect.*

L I V.

Aliter *Anton. Faber Decad. 10. error. pragm. 6. vers.* Ex quo tempore, qui autumat secundo decreto acquiri dominium bonitarium, & demum usucapione adjici dominium quiritarium. A quâ opinione nec alienus videtur *Bachov. vol. 2. in Tr. d. 18. th. 6. lit. C.* Quibus non adstipulor, quia dominium bonitarium est sublatum. *l. un. C. de nud. jur. Quir. toll.*
Cuja-

Cujacius ad African. tractat. 9. in l. 44. de dam. infect. & Eguin. Baro in manual. lib. 6. p. 501. possessione tantum & quasi dominiu[m] acquiri contendunt, cum Prætor dominum facere non possit, sed possessorem tantummodò, & quasi dominum; sed nec hoc quidem satis videtur firmum, nam Prætor dominum quoq[ue] potest facere l. 1. ff. de bon. possess. licet non directò, attamen per consequentiam.

L V.

Verior est decisio, Prætozem mittendo ex secundo decreto possessorem tantum facere l. 5. pr. de damn. infect. sed talem qui jure domini possideat l. 15. §. 33. eodem & rem possessam per longum tempus usucapere possit. d. l. 15. §. 16. i. e. qui civiliter & animò domini rem detineat, & usucapione plenum ac verum dominium acquirere possit. Immortalis Ludwell. in d. Not. ad π. Wesenb. de damn. infect. circ. fin. ubi contraria argumenta diluit.

L VI.

Interponitur variè secundum decretum pro varietate circumstantiarum juxta Bartol. in d. §. Julianus n. 53. Interdum enim solum possessorem constituit agentem Judex reservatò etiam post annum reo repetendæ rei suæ jure integrò c. quoniam in fin. x. ut lit. non contest. Nonnunquam missum constituit dominum, modò tamen in th. preced. jam explicatò, potissimum in materia damni infecti etiam sine venditione v. g. in ædibus ruinosis, quæ non facile obsumtus & molestias emptorem inveniunt tit. de dam. infect. Interdum judex jubet bona vendi, l. 7. in pr. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. cum proponas l. pro debito C. de bon. auth. jud. possid. vel quod loco venditionis est, in solutum addici, si res possessa non invenit emptorem, nec per missionem moventur debitores

bitoꝛes, sed fraudulenter præsentiam sui subtrahunt. *l. 15. §. 3. ff. de re jud. t. t. C. de jur. dom. impetr. Authent. hoc nisi C. de solut.* Judicis enim est, ne creditores diutiùs frustrentur aut inter eos oriatur discordia quam solet parere communio, tunc præfigere tempus, eoq; lapso nec comparente reo contumace, dare creditoribus licentiam non quidem postulandi bona pro debito sibi addici, *l. 6. ff. de reb. auth. jud.* sed ea distrahendi, *l. cam proponas 9. C. de reb. auth. jud.* ut ex eorum distractione, æquali partitione pro rata debiti quantitate, omnibus creditoribus consuli possit. *Zoës. in comm. digest. ad tit. de reb. auth. jud. possid. n. 10. Conrad. Rittershus. in Novell. p. 2. c. 3. n. 4. §. seqq. Koppen. Decis. Illustr. q. 55.*

L V I I.

Ut verò missus in possessionem petere possit venditionem, (quæ respectivè dicitur secundum decretum *Guid. Papæ d. tr. de prim. & secundo decret. n. 31. in fin. Gratian. discept. forens. cap. 375. num. 17.*) quædam sunt necessaria, ut scil. missionem passus latitet, & quidem fraudationis causâ; aliud igitur statuendum, si quis Tyranni aut hostium metum timet *l. 7. §. 4. quib. ex caus. in poss. vel spes superest faciendi copiam sui. l. 2. & 7. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eat.*

L V I I I.

Item ut de debito constet, non enim ad distractionem devenitur, nisi ad æs alienû, id est ad debitam quantitatem agatur, & tempus à primo decreto interpositum sit elapsum atq; præteritum, quod arbitrarium esse, dictum supra *th. 43. arg. l. 15. §. non autem 21. ff. de damn. infect. Marant. p. 6. tit. de contum. n. 12. Coras. ad l. 15. §. 16. de damn. infect.* Non obstante *l. ult. §. sin autem 1. C. de bon. auth. jud. possid.* ubi ait Imp. post

E

post

post definitum à nobis tempus, quasi huic rei tempus esset definitum à Justiniano; Etenim verba ista A NOBIS abesse debere, monet *Alciatus 1. disjunct. cap. 19.* quòd nusquam inveniatur tempus istud definitum. Alias complures intra quod tempus sit interponendum secundum decretum, dum alii statuunt triennium ad instar Emphyteutæ. *l. 2. C. de jur. Emphyteut.* alii biennium ad exemplum conventionalis pignoris. *l. ult. C. de jur. dom. impetr.* alii annum, quod tempus statutum est ad recuperandam possessionem in actione reali. *l. ult. C. d. t. l. 8. §. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* alii duos menses, qui præfiniti sunt debitoribus ad solvendum condemnatis. *l. 32. ff. de re jud.* refert opiniones *Specul. d. l. 2. part. 1. de secund. decret. §. juxta 3. n. 2.* quæ tamen omnes sunt à diversis.

L I X.

Sed & distractio bonorum fiat oportet eo in loco ubi se defendere reus debet *l. 1. cum seqq. ff. de reb. auct. jud. possid.* id est, ubi forum habet competens ratione domicilii, contractus &c. Et hæc distractio olim fiebat publicè solenni sub hasta, *vid. Hilliger. ad Donell. lib. 23. cap. 13.* de quibus iisdem distractionibus & subhastationibus earumque jure ac solennibus fuscè *Rebuff. tract. de Praeconiis & Licet. Coler. de process. p. 3. c. 9. num. 78. & seqq. Hotomann. ad l. 13. §. 1. C. de jud. & consil. 23.* Quemadmodum verò missio: ita & distractio facienda est primò in bona mobilia, deinde in immobilia per *l. 15. ff. de re jud. Zoës. ad d. t. de reb. auct. jud. possid. n. 13.*

L X.

Formula missionis *ab Actore petendæ* ex secundo decreto *traditur à Speculat. d. l. 2. part. 1. rubr. de secund. decret.*

eret. §. nunc dicamus 2. num. 4. *Et a Judice decernenda*
ibid. n. 8. post q. eum à Rosbachio d. t. 32. in fin. Nach dem wir die
 Richter und Schöpffen des Gerichts zu N. auff das
 Mannigfaltig Ungehorsam ausbleiben des N. dem N.
 Klägern / den Einsatz aus erster Erkantnis auff N.
 Gütern / mit Recht ertheilt / und aber jeko / nach ver-
 scheinung eines ganzen Jahrs / nach solchen ersten einsatz
 von vorbenanten Kläger / umb das ander Decret rechtlich
 angesonnen worden / haben wir demnach den vorbenan-
 ten N. von neuen durch ein offen edict und Proclama wi-
 derumb zu Recht bescheiden und erfordern lassen / dieweil
 er aber aussn blieben / und seines Ungehorsams also ver-
 harret / und durch sich selbst / noch jemandes von seinet-
 wegen nicht erschienen / haben wir einen Curatorn gesetzt /
 der die Güter beschrieben / und die folgend durch die ge-
 schwornen getreulich schätzen / und solche schätzung in den
 Gerichtshandel verleiben lassen. Und als folgend zwis-
 schen den ermeldten unsern Curatorn und gedachten Klä-
 ger der Krieg-Rechtens verfangen / ist der End für Ge-
 fährde von benden theilen / und sonderlich durch den Klä-
 ger also geschworen worden / das er gänzlich glaube / das
 er seine forderung rechtmässig thue / das er auch derselben
 in nichts entricht / bezahlt oder vergnügt worden sey.
 Darauff wir nach Beschliessung der theil / auch nach fleis-
 siger erwegung der eingelegten Brieffliche Urkundten und
 allem fürbringen der Parthenen erkannt und erkennen
 hiemit / das obgemelden Kläger N. die Güter / darein
 er hievor aus erster erkantnis gesetzt zu bezahlung oder
 vergnügung seiner gehalten forderung / hiermit recht-
 lich

lich durch das ander Decret, wie sich gebührt ertheilt sein sollen. Und ist ihm nemlich die Behausung für N. gülden/der Garten für N. Gulden angeschlagen/und Ihme das alles für Hauptsumma und die erlittenen Kosten/schaden/ auff seinen deshalb geschwornen End und unser ermässigung / wie sich gebührt eingesetzt / alles ohne Gefahrde/des zu Urkundt ic.

Tantum de Secundo quoq; Decreto hâc vice differere placuit, cujus finis nullo negotio ex prædictis obvius est, nimirum ut debitoris latitantis contumacia atq; protervitas coërceatur, & agenti creditori contra reum tergiversantem ad consequendum debitum consulatur. In quo fine nunc finio.

JESU MEO
A & O

HUMANITATIS PLENO
GLORIA IN EXCELSIS LAUS SIT
HONORQUE DEO!



T
Affe
Ultr
Ultr
Ten
Nor
Fœc
Her
Arg
At f
Firm
Par
Ex
A fa
Ma
Acc
Pall
Ho
Dar
Dec
O x



Nobilissimo & Clarissimo

D. N.

JOHANNI WUTTICHIO

J. Utriusq; Candid. dignissimo,
Convictori, Fautori atq; Amico suavissimo
metrico hoc epimetro

gratulantur

CONVICTORES CREGELIANI.

TU verò favor Altræ, Charitumq; voluptas,
Dulce Sodalitii decus & certissima nostri
Gloria! deliciis verborum poscere multis
Officium noli Musas, ut signa favoris
Affectusque pii cum faustis plausibus edant.
Ultrò læta ferunt hilares Tibi carmina Divæ,
Ultrò virgineâ lauri de fronde coronam
Temporibus nectunt; nec amantem flumina myrtum,
Non tondere juvat: Juvat altas ducere laudes.
Fœderis immemores iniri cum stirpe Tonantis,
Hercule, nulla dies (modò mollia tempora dentur)
Arguet. Egregias tollent super æthera mentes.
At si prætereant, quantum puerilibus annis,
Firmatusque magis viridi profeceris ævo,
Parnassò super Aoniò, seseq; magistris,
Exsortes culpæ statues: benefacta sileri
A faciente solent, etiam sine crimine possunt.
Majus opus Themidi studium laudare sacratum;
Acceptumque magis; quàm grana Sabæa; liquorem
Palladis, & serâ vigilantes nocte lucernas.
Hoc tamen apricum per Te satis. Edita vulgo
Dant exempla fidem, mansuris edita chartis,
Decernuntque Tibi supremos Juris honores.
O quantum Tibi præsidium, si visere terras

Rursus

Rurfus amas humiles, felix Astræa! refulsit!
Non Ipsum, si torrentes de montibus illis,
Gryphes ubi stabulant acres, gazasque tuentur
Immensas, magno rumpantur murmure, recti
Tramite depellant; non frons accensa tyranni;
Non furor insanæ fervensque licentia plebis.
Vivida vis animi superat, spectata periclis
Pluribus, & lethô pejus timuisse cruentô
Flagitium visus pudor; idem promere linguâ
Impatiens aliud, quàm pectore sentiat imô.
Aspice, continuo dices, non pulcrius unquam
Commodiusque parens Virtus habitavit honesti.
Vultûs illa Venus, cunctos diffusa per artus;
Virtus illa nitet; sic forti corpore præstat.
Quid prodest igitur, Rhodanus quas alluit urbes,
Quos Araris campos, quas Sequana nobilis arces
Dividit, in celeri demum lustrare veredô?
An quia regnat ibi teretum pellacia morum,
Et longè quærenda viis prudentia longis?
Sed ne propterea cristas, ne tollite Galli,
Quæsumus; aut magno princeps quod reddidit olim
Henrico Germanus, habete: Modestia vobis
Ex nobis placeat, discenda Modestia vobis!
Solutus amor subigit fratres invisere Gallos,
Dum subeant aliæ curæ, dum seria tandem
Res revocet tractanda domum, vel patria civem.
Sic, Bone! sic, vacuas ut fallas suaviter horas,
Nec sine fruge tamen, vadas videasque secundo
Omne Liligerum Ligerim, respondeat & mox,
Optamus, votis reducis gratissima FINIS!




00 A 6387


ULB Halle 3
002 916 592



10 17








39

11

DIATRIBA
 INAUGURALIS JURIDICA
De
 PRIMO ET SECUNDO
 DECRETO
 DUCE ET PRAESIDE DEO TER
 SANCTISSIMO

EX DECRETO ET AUCTORITATE
 NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI ET
 EXCELLENTISSIMI ICTORUM ORDINIS IN IN-
 CLUTA NORICORVM UNIVERSITATE
 PRO
 SUMMIS IN UTROQUE JURE
 HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE AC SOLEN-
 NITER OBTINENDIS
 SOLENNI AC PUBLICÆ ERUDITORUM
 DISQUISITIONI EXPOSITA

à
 JOHANNE WUTTICH NORIMBERG.
 AD DIEM II. APRIL.
 ANNO RECUPERATÆ PER CHRISTUM
 SALUTIS
 cto lbc LXVII.



ALTDORFFI
 Typis Viduæ GEORGI HAGEN, Universitatis Typographi.

51

